miſſa relatione ad traianum imperatorem
clementem huic a populo ſeditioſa vociferatione
impeti cum nulla poſſit probatione in
ueniri Tunc imperator traianus reſcripſit
debere eum aut ſacrificiis conſentire aut
trans pontum mare in heremo quod adiacet
ciuitate gerſonis ubi erat exilium
Quod cum fuiſſet iuſſu traiani firmatum
cepit cum eo agere ut non tam clemens
ſpontaneum exilium peteret Sed ut magis
diis libamina exhiberet Sed beatus clemens
conabatur etiam ipſius animum iudicis ad fidem
chriſtianam adducere et ſe oſtendere perferre
potius exilium quam timere Tanta denique
dominus gratiam clementi attribuit ut flere
et iulianus prefectus ac diceret Deus tuus
quem putas te colere ipſe te adiuuet
in hac relegatione exilii Et delegauit
ei nauem et omnibus neceſſariis impoſitis
dimiſit eum Repleta eſt autem nauis qua
deportatus religioſi viri multi ſecuti ſunt
eum Cum autem perueniſſet ad locum exilii ex
ant in ergaſtulis ad ſecanda marmorea
amplius quam duo milia chriſtiani diuturna
relegatione dampnati Qui videntes
ſtatim ac nominatum clementem epiſcopum omnes
vna voce fletu ac gemitu proruperunt
Quos cum cognouiſſet ſanctus clemens pro dei
nomine relegatos dixit Non merito meo
dominus huc me perduxit ut particeps factus
paſſionis vere etiam conſolationis efficiar
Et cum multa conſolationis eis et paciencie
verba intimaſſet didicit ab eis quod de ſexto
miliario aquam ſibi ſuis humeris app
ortarent Tunc ſanctus clemens dixit Oremus
dominum iheſum chriſtum qui fontis venam aperuit
qui percuſſit petram in deſerto ſyna
et fluxerunt aque in abundancia ipſe
nobis ſaticem affluentem impertiat
ut eius beneficiis gratulemur Cumque oratione
completa hinc inde circumſpiceret vidit
agnum ſtantem qui pede dextro erecto
quaſi locum ſancto clementi oſtenderet Tunc
ſanctus clemens intelligens dominum eſſe quem
ſolus ipſe reſpiceret et alius penitus
non videret perrexit ad locum et dixit
In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti in iſto
loco percutite Sed cum omnes in giricum
raſtris effoderent et non ipſum locum
in quo agnus ſtabat contingerent accep

to breui ſarculo ſanctus clemens leui ictu
locum ſub pede agni percutiens fons afflu
entibus venis ornatus apparuit qui ſuo
impetu vomens fluuium patefecit Tunc
vniuerſis gaudentibus ſanctus clemens reſponſorium
dixit Fluminis impetus letificat ci
uitatem dei Audita autem fama confugit
omnis prouincia et venientes vniuerſi
ad doctrinam ſancti clementis conuertebantur
ad dominum iheſum chriſtum ita ut inde quingenti
etiam amplius baptizati abſcederent In
tra vnum autem annum facte ſunt ibi eccleſie
accedentibus ſeptuaginta quinque et omnia
ydola confracta ſunt omnia autem templa
per girum prouincie deſtructa ſunt Omnes
lucus per trecenta milia in totum girum
in ciſe et euerſe ſunt Tunc paganis
inſultantibus tam inuidioſa relacio
currit ad imperatorem traianum qui di
cerent ſibi per clementem innumerabilem
chriſtianorum populum accreuiſſe Et miſſus
eſt dux aufidianus nomine qui multas
chriſtianorum cateruas diuerſis penis
occidens Dum videret omnes gaudentes
ad paſſionem accedere ceſſit multitudini
et ſolum clementem cogens ad ſacrificium
Dum videret ſic ſponſum in domino ut penitus
mutari non poſſet dixit ad ſuos Pro
ducatur clemens et ligate ei ad collum
anchoram et precipitetur in medium maris
ut non poſſint chriſtiani huc pro deo colere
Quod cum factum fuiſſet omnis multitudo chriſti
anorum cepit ad litus ſtare et flere
Tunc dixit cornelius omnes vnanimes or
emus dominum ut oſtendat nobis martiris ſui
exubias Orantibus autem populis receſſit
mare in ſinu ſuo per tria fere milia
Et ingreſſi populi per ſiccum inuenerunt
in modum templi marmorei habitaculum
a deo paratum et ibi in archa ſaxea corpus
ſancti clementis petri diſcipuli ita ut et
anchora in qua miſſus fuerat iuxta eum
fuiſſet poſita Reuelatum eſt autem diſci
pulis eius ut non eum tollerent Quibus
eciam hoc intimatum eſt ut omni anno die
paſſionis eius recedat mare et per ſeptem
dies aduenientibus ſiccum iter prebeat
Quod ad laudem nominis ſui facit dominus fieri
vſque in hodiernum diem Hoc autem factum
omnes per girum crediderunt in chriſto vbi nullus